

inópiam metuéntes, amittunt aeterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos, per quos condiendi sunt quodammodo populi, metu persecutionum temporalium amiseritis regna cælorum, qui erunt homines, per quos à vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus, per quos errorem auferat cæterorum?

Pro Doctore Pontifice.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Pro Doctore non Pontifice.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

R. Ego ad nihilum valet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionem: sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest, nisi inferior: sed inferior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in celo est.

R. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus, * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus. **V.** Iucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Glória Patri. Et implevit.

Lectio ix.

V. Os estis lumen mundi. Quomodo dixit superius Sal terra, sic nunc dicit Lumen mundi. Nam neque superius ista terra acci-

pienda est, quam pedibus corporeis calcamus: sed homines, qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis & extinguendis putatoribus Apostolicum salem Dominus misit. Et hic mundum, non cælum & terram, sed homines qui sunt in mundo, vel diligunt mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis Apostoli missi sunt. Non potest civitas abscondi super montem: ita: id est, fundata super insigne magnamque justitiam, quam significat etiam ipse mons, in quo disputat Dominus.

Te Deum laudamus. 13.

COMMUNE

Confessoris non Pontificis.

Ad Vesperas, Antiphona. Domine, quinque talenta, ut infra ad Laudes lxxix. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Eccl. 31.

B. Eatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

I. Ste Confessor Domini, colentes Quem pie laudant populi per orbem,

Hac die lætus meruit beatas

Scandere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur:

Hac die lætus meruit supremos

Laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,

Sobriam duxit sine labe vitam,

Donec humanas animavit auræ

Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum frequenter,

Ægra que passim jacuere membra,

Viribus morbi domitis, saluti

Restituuntur.

Nos.

Noster hinc illi chorus obsequentem
Concinit laudem, celebrisque palmas;

Ut piis ejus præcibus juvémur

Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,

Qui super cæli sôlio coruscans

Totius mundi seriem gubernat

Trinus, & unus. Amen.

V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Similabo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram.

Oratio.

D. Eus, qui nos beati N. Confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut eujus natalitia cõlumus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Alia Oratio.

A. Desto Domine supplicationibus nostris, quas in beati N. Confessoris tui solemnitate desiderimus: ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus qui tibi placuit, præcibus adjuvemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas

Oratio.

I. ntercessio nos, quæsumus Domine, beati N. Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Confessorum Dominum,

* Venite, adoremus. Psalmus. Venite, exultemus. 1. Hymnus. Iste

Confessor, ut supra. lxxij.

In primo Nocturno, Antiphona.

Beatus vir, qui in lege Domini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, & omnia quæcumque faciet semper prosperabuntur.

Psalmus 1.

B. Eatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via pec-

catõrum non stetit, * & in cathedra pestilentia non sedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus, * & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium ejus non defluet: * & omnia quæcumque faciet prosperabuntur.

Non sic impii, non sicut * sed tamquam pulvis, quem prociat ventus à facie terræ.

Ideo non resurgent impii in iudicio: * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum: * & iter impiorum peribit.

Antiphona. Beatus vir, qui in lege Domini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, & omnia quæcumque faciet, semper prosperabuntur.

Antiphona. Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Domino, prædicavit præceptum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus 2.

Q. uare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

Asiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum * adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eõrum: * & projiciamus à nobis jugum ipsõrum.

Qui habitat in cælis, iridebit eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furõre suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hæ-

hæ-

hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terre.

Reges eos in virga ferrea, * & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite, * erudimini qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cui cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, * & peccatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes qui confidunt in eo.

Antiphona. Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Domino, predicavit preceptum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

Antiphona. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Domine: tu exaltans caput meum, & exaudisti me de monte sancto tuo.

Psalms 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt anime mee: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Vocem ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, saluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Antiphona. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Domine: tu exaltans caput meum, & exaudisti me de monte sancto tuo. * Amavit eum Dominus, & ornavit eum,

R. Stola gloria induit eum. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine. * **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpetua.

De libro Sapientie.

Lectio i.

Cap. 4. b & 5.

Justus si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & aetas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fierio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentia transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explavit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

R. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui. * Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Intra. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ii.

Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in precordiis talia: quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos ejus, & respectus in electos illius. Condemnat autem justus multum vivos impios, & juvenus celerius consummata longam vitam injusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit: & erunt post hac decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos

tuos

tuos in perpetuum: quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos a fundamentis, & usque ad supremum desolabuntur.

R. Justus germinabit sicut lilium: * Et florabit in aeternum ante Dominum. * Plantatus in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Et florabit. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

ET erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & tradent illos ex adverso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiarerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, presentiam agentes, & prae angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.

R. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: * Et inventus est in numero sanctorum. * Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Et inventus. Gloria Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno, Antiphona. Invocantem exaudivit Dominus sanctum suum, Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Psalms 4.

Cum invocarem exaudivit me Deus justitiae meae: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: * & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequod gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?

Ersцитote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudivit me, cum clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: * quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiae, & sperate in Domino; * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti letitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui * multiplicasti sunt.

In pace in idipsum * dormiam & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Ansa. Invocantem exaudivit Dominus Sanctum suum, Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Ansa. Latentur omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti justo, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

Psalms 5.

Verba mea auribus percipe Domine, * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meae, * rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, & videbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquantur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiae tuae.

In-

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Dómine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, & linguas suis dolose agebant: eum iudica illos Deus.

Décidant ac cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quóniam irritaverunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te. * in ætérnum exultábunt: & habitábis in eis.

Et gloriábuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: * quóniam tu benedices iusto.

Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronásti nos.

Antiphona. Læténtur omnes, qui sperant in te Dómine: quóniam tu benedixisti iusto, scuto bonæ voluntatis tuæ coronásti eum.

Antiphona. Dómine Dóminus noster, quam admirabile est nomen tuum in univérsa terra quia glóriá & honóre coronásti sanctum tuum, & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Psalms 3.
Dómine Dóminus noster, * quam admirabile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam elevata est magnificentia tua * super cælos. Ex ore infántium & lacténtium perfectisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitorum tuórum: * lunam & stellás, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis,

quóniam visitas eum.

Minuisti eum paulo minús ab Angelis, glóriá & honóre coronásti eum: * & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus, * oves & boves univérsas: in superius, & pecora campi.

Vólucres cæli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirabile est nomen tuum in univérsa terra!

Antiphona. Dómine Dóminus noster, quam admirabile est nomen tuum in univérsa terra! quia glóriá & honóre coronásti sanctum tuum, & constituisti eum super ópera mánuum tuárum. **V.** Os iusti meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loqúetur iudicium. Pater noster.

Abolutio. Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Joánnis Chrysóstomi.

In Orat. de S. Philogénio, tom. 3.

Lectio iv.
BÉATI N. dies, cuius festivitatem celebrámus, ad ipsius recte factórum enarrationem linguam nostram evocávit: siquidem hodié beatus iste ad tranquillam, omnisque perturbatiónis expertem vitam tránsiit, eoque navigium áppulit, ubi deinceps non poterit metúere naufragium, nec ullam ánimí perturbationem, aut dolórem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni moléstia ánimí, cum Paulus hominibus adhuc in hac vita de géntibus loquens dicat: Semper gaudeo, siné intermissione oráte?

Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductóribus tutávit illum: • Et detulit illi claritátem ætérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et.

Bc-

Benedictio. Christus perpétue. **Lectio v.**

QUOD si hic, ubi morbi, ubi insectatiónes, ubi præmátóre mortis, ubi calumniæ, ubi invidia, ubi perturbatiónes, ubi ira, ubi cupiditates, ubi innumerábiles insidias, ubi quotidianæ sollicitudines, ubi perpétua sibi que succedéntia mala sunt, innúmeros ex omni parte dolóres afferéntia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeámus, si quis paululám ex rerum mundanárum fluctibus eréxerit caput, vitamque suam recte composérit: multo magis, postquam hinc demigráverimus, facile cómpotes érimus ejus boni, cum hæc omnia sublata fuerint, adversa valetudo, morbi, peccándi matéria, ubi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quidquid est malórum in vitam nostram invehens, innumeráque gignens bella.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, • Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorica fidei, & ornávit eum. Et ad. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

QUAMÓBRÉM maximopere grátulor hujus Sancti felicitati, quód quamquam translátus est, atque hanc, quæ apud nos est, civitátem reliquit, tamen in alteram adscriptus est civitátem, nempé Dei: & digressus ab hac Ecclésia, ad illam pervénit, quæ est primogenitórum descriptórum in cælis; ac relictis hisce festis, tránsiit ad celebrítatem Angelórum. Etenim quód & civitas sursum sit, & Ecclésia, & celebrítas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad civitátem Dei vivéntis, Jerusalem cælestem, & Ecclésiám primitivórum, qui conscripti sunt in cælis, & ad multórum milliórum Angelórum frequentiam.

Parti Hymnalis.

R. Iste homo perfécit ómnia que locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cælestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Antiphona. Dómine, iste Sanctus habitábit in tabernáculo tuo, operátus est iustitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Psalms 14.

DÓmine quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine macula: * & operátur iustitiam:

Qui loqúitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum, * & opprobrium non accépit adversus próximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * tíméntes autem Dóminum glorificat:

Qui jurat próximo suo, & non decipit. * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Antiphona. Dómine, iste Sanctus habitábit in tabernáculo tuo, operátus est iustitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Antiphona. Vitam péñit á te, & tribuisti ei, Dómine glóriam & magnum decórem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Psalms 20.

DÓmine in virtúte tua lætábimur rex: * & super salutáre tuum exultábit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntáte labiórum ejus

Kkk

ejus non fraudasti eum.

Quoniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: * tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: * gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: * laticificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino, * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, * dextera tua inveniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut cibanum ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: * & semen eorum à filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala, * cogitaverunt consilia, quae non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquis tuis preparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Antiphona. Vitam petiit à te, & tribuisti ei, Domine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia haec est generatio quarentium Dominum.

Psalmus 22.
Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Haec est generatio quarentium eum, * quarentium faciem Dei Jacob.

Attolite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelo.

Attolite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia haec est generatio quarentium Dominum.

Y. Lex Dei ejus in corde ipsius.

R. Et non supplantabuntur gressus ejus. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **Y.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelicæ lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.
In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papae.

Homilia 13, in Evangelia.

Sancti Evangelii, fratres charissimi, aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa ejus planities alta fortasse videatur, eam sub brevitate transcurramus, quate-

tenus ejus expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa. Dominus dicit: Sint lumbi vestri praecincti. Lumbos enim praecingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est, mala non agere, nisi etiam quisque studeat & bonis operibus insudare, prout additur: Et lucernae ardentes in manibus vestris. Lucernae quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videatur opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omnicoerde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Benedictio. Cujus festum colimus.

Lectio viij.
Quo autem sunt, quae jubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere: ut & munditia sit castitas in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest: si aut is qui bona agit, adhuc luxuriae inquinamenta non deserit: aut is qui castitate praecinet, necdum se per bona opera exerceat. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec opus bonum est aliquid sine castitate. Sed & si utrumque agitur, restat, ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se à vitiis pro mundi huius honestate contineat.

Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et. Gloria Patri. Et. **Bened.** Ad societatem.

Lectio ix.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis: ut eum venerit, & pulsaverit, confestim aperiantei. Venit quippe Dominus, cum ad iudicium properat: pulsat vero, cum jam per aegritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat: & videre eum, quem contempserit: se memini, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia letus iudicem sustinet: & cum tempus propinque mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit.

Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratum sum. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 14.

Aff. Euge serve bone, in modico fidelis, intra in gaudium Domini tui. **Aff.** Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. **Aff.** Beatus ille servus, qui cum venerit dominus ejus, & pulsaverit januam, invenierit vigilantem. **Aff.** Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Eccli 31.

Capitulum.

Beatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris. Quis est hic, & laudavimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

Jesu corona celsior,
Et veritas sublimior,
Qui confitenti servulus
Reddis perenne premium:
Da supplicanti cœtui,
Hujus rogatu, noxii
Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.

Anniversario tempore,
Dies refulsit lumine,
Quo Sanctus hic de corpore
Migravit inter sidera,
Hic vana terræ gaudia,
Et luculenta prædia,
Polluta sorde deputans,
Ovans tenet cœlestia.

Te Christe Rex piissime,
Hic confitendo jugiter,
Calcavit artes demonum,
Sævumque avēri principem,
Virtute clarus, & fide,
Confessione sœdulus,
Jejuna membra deferens,
Dapes supernas obtrinet.

Proinde te piissime,
Precamur omnes supplices;
Nobis ut hujus gratia
Pœnas remittas debitas,
Patri perennis gloria,
Natoque Patri unico,
Sanctoque sit Paraclito,
Per omne semper sæculum,
Amen.

Justum deduxit Dominus per
vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum
Dei.

Ad Benedictus, Antiphona.
Euge serve bone & fidelis, quia in
pauca fuisti fidelis, supra multa te
constituam, intra in gaudium Dô-
mini tui.

Oratio.
Deus, qui nos beati **N.** Confes-
soris tui annua solemnitate
lætificas: concede propitius, ut cu-
jus natalitia cõolum, etiam actio-
nes imitemur. Per Dominum.

Alia Oratio.

Ad Dômine supplicatõni-
bus nostris, quas in beati **N.**
Confessoris tui solemnitate deferi-
mus: ut qui nostræ justitiæ fiduciam
non habemus, ejus, qui tibi placuit,
precibus adjuvemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas
Intercessio nos, quæsumus Dô-
mine, beati **N.** Abbatis com-
mendet: ut quod nostris meritis
non valemus, ejus patrocinio asse-
quæmur. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Euge
serve bone. **Capitulum.** Beatus vir,
qui inventus est, ut sup. lxxxix.
R. br. Amavit eum Dominus. **R.**
Et ornavit eum. Amavit. **V.** Stola
gloriæ induit eum. Et ornavit. Glô-
ria Patri. Amavit eum. **V.** Os justi
meditabitur sapiëntiam. **R.** Et lin-
gua ejus loquitur judicium.

Ad Sextam, Antiphona.
Fidelis servus.

Capitulum. **Eccli. 39.**
Iustus cor suum tradidit ad vigi-
landum diluculo ad Dominum,
qui fecit illum; & in conspectu
Altissimi deprecabitur.

R. br. Os justi. Meditabitur sapi-
ëntiam. Os justi. **V.** Et lingua ejus
loquetur judicium. Meditabitur.
Glória Patri. Os justi. **V.** Lex Dei
ejus in corde ipsius. **R.** Et non
supplantabuntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona.
Serve bone.

Capitulum. **Sap. 10. b.**
Iustum deduxit Dominus per vias
rectas, & ostendit illi regnum
Dei; & dedit illi scientiam Sanctõ-
rum: honestavit illum in laboribus,
& complèvit labores illius.

R. br. Lex Dei ejus. In corde
ipsius. Lex. **V.** Et non supplantabuntur
gressus ejus. In corde. Glô-
ria Patri. Lex Dei. **V.** Justum de-

deduxit Dominus per vias rectas.
R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Abba. Dômine, quin-
que talenta, cum reliquis de Laudibus.
lxxxix. Psalmi, Capitulum &
Hymnus, ut in primis Vesp. lxxij.
V. Justum deduxit Dominus per
vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum
Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.
Hic vir despiciens mundum, &
terræna, triumphans, divitiis cœ-
lo condidit ore, manu.

**Si occurrat celebrari Festum plu-
rium Confessorum non Pontificum,**
Officium sit ut supra: sed in Oratio-
ne & Sermone, quæ habentur in
singulari, dicantur in plurali.

**Alia Lectio pro Confessore
non Pontifice.**

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Lectio 1. **Cap. 31.**

Beatus vir, qui inventus est si-
ne macula: & qui post aurum
thesauris. Quis est hic, & laudabi-
mus eum? fecit enim mirabilia in vi-
ta sua. Qui probatus est in illo, &
perfectus est, erit illi glória æterna:
qui potuit transgredi, & non est
transgressus: facere mala, & non fe-
cit: ideo stabilita sunt bona illius in
Dômino: & eleemõsynas illius enar-
rabit omnis ecclesia sanctorum.

R. Euge serve bone & fidelis, quia
in pauca fuisti fidelis, supra multa
te constituam: Intra in gaudium
Dômini tui. **V.** Dômine quinque
talenta tradidisti mihi, ecce alia
quinque superlucratum sum. Intra.

Lectio 2. **Cap. 32. c & 33.**

Qui timet Dominum, excipiet
doctrinam ejus: & qui vigila-
verint ad illum, invenient
benedictionem. Qui quærit legem,
replebitur ea: & qui insidiosè
agit, scandalizabitur in ea. Qui ti-

met Dominum, invenient judicium
justum, & justitias quasi lucem ac-
cedent. Qui credit Deo, attendit
mandatis: & qui confidit in illo,
non minorabitur. Timenti Dôminum
non occurrunt mala, sed in tentati-
one Deus illum conservabit, & libe-
rabit a malis. Sapiens non odit man-
data & justitias, & non illidetur quasi
in procella navis. Homo sensatus
credit legi Dei, & lex illi fidelis.

R. Et florëbit in ætérnum ante Dô-
minum. **V.** Plantatus in domo Dô-
mini, in ætriis domus Dei nostri.

Et florëbit.

Lectio 3. **Cap. 34. b.**

Spiritus timéntium Deum quæ-
ritur, & in respectu illius bene-
dicetur. Spes enim illorum in sal-
vantes illos, & oculi Dei in dili-
gentes se. Qui timet Dôminum, ni-
hil trepidabit, & non pavëbit: quô-
niam ipse est spes ejus. Timentes
Dôminum beata est anima ejus. Ad
quem respicit, & quis est fortitudo
ejus? Oculi Dômini super timentes
eum, protector potentia, firmamen-
tum virtutis, regimen ardoris, &
umbraculum meridiani, deprecatio
offensiois, & adiutorium castis,
exaltans animam, & illuminans
oculos, dans sanitatem, & vitam,
& benedictionem.

R. Iste cognovit justitiam, & vidit
mirabilia magna, & exoravit Altissi-
mum: Et inventus est in nûme-
ro sanctorum. **V.** Iste est qui con-
tempnit vitam mundi, & pervē-
nit ad cœlestia regna. Et inventus.
Glória Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálum Sancti
Gregorii Papa.

Lib. 10. cap. 16. in cap. 12. Job.

Lectio 1.

Deridetur justi simplicitas. Hu-
jus mundi sapientia est, cor
ma-

machinationibus tegere, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia usu à juvenibus scitur, hæc à pueris prætio discitur: hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis mirantur: quia, ab eis hæc eadem dupliciter iniquitas nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Hæc si obsequentiis præcipit honorum culmina querere, adcepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciter reddere: cum vires suppetunt, nullis resistentiis cedere: cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

¶ Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductōribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. ¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

AT contra, sapientia justorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere; nullam injuriæ ultionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc justorum simplicitas deridetur: quia ab hujus mundi sapientibus, puritatis virtus fatiatis creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis proculdubio stultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiæ fatium sonat. Quid namque stultus videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callidâ machinatione simulare, nullas injuriis contumelias reddere, pro maledicentiis orare, pauperum

querere, possessa relinquere, rapientem non resistere, percutienti alteram maxillam præbere?

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Et ad portas paradisi coronavit eum. ¶ Induit eum Dominus lorice fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vj.

Cap. 17. post init.

Lampas contempta apud cogitationes dividitur. Sapientia contingit, ut electus quisque, qui ad æternam felicitatem ducitur, continuâ hic adversitatem deprimatur: non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequentium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat: à cunctis verò despiciabilis cernitur, & hujus mundi gratiâ indignus æstimatur: sed tamen ante occulti judicis oculos virtutibus emicat, vitæ meritis coronatur: honorari meruit, despici non refugit: in corde continentia æficit, solâ in animo dilectione pinguet: mentem semper ad patientiam præparat, & erectus pro justitia, de perceptis contumelias exultat: afflictus ex corde compatitur, de bonorum prosperitatibus quasi de propriis lætatur: sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat: & inquisitus quodlibet loqui dupliciter ignorat.

¶ Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. ¶ Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te, Glôria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex,

grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 54. in Luc. 12.

Pusillum gregem electorum, vel ob comparationem majoris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis devotionem nominat: quia videlicet Ecclesiam suam quantalibet numerositate jam dilatam, tamen usque ad finem mundi humilitate vult crescere, & ad promissum regnum humilitate pervenire. Ideoque ejus labores blandè consolatur, quam regnum Dei tantum querere præcipit, eidem regnum à Patre dandum complacitâ benignitate promittit.

¶ Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ¶ Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abs tinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii.

Vendite quæ possidētis, & date eleemôsynam. Nolite, inquit, timere, ne propter regnum Dei militantibus hujus vitæ necessaria desint: quin etiam possessa propter eleemôsynam vendite. Quod tunc dignè fit, quando quis semel pro Domino suis omnibus spretis, nihilominus post hæc labore manum, undè & victum transigere, & eleemôsynam dare queat, operatur. Undè gloriatur Apostolus, dicens: Argentum, aut aurum, aut vestem nullus concupivi: ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.

¶ Sint lumbi vestri præcincti, &

lucernæ ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominum expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. ¶ Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Glôria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, eleemôsynas videlicet operando, quam merces in æternum maneat. Ubi non hoc præceptum esse putandum est, ut nil pecuniæ reservetur à sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum usibus suggerende: cum & ipse Dominus, qui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens; sed ne Deo propter ista serviatur, & ob inopia timorem justitia deseratur.

Te Deum laudamus. 13.

PRO ABBATIBUS.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 19. d.

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. in Matth. cap. 19.

Grandis fiducia: Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibus manu & arte querebat: & tamen loquitur confidenter, Relinquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est: Er secuti sumus te. Fecimus quod iussisti: quid igitur nobis dabis præmii? Jesus ait: Dixit illis: Amen dico vobis: quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum

sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Non dixit, Qui reliquistis omnia: hoc enim & Crates fecit Philosophus, & multi alii divitias contempserunt: sed, qui secuti estis me: quod proprie Apostolorum est, atque credentium.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii.

In regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae (quando & mortui de corruptione resurgent incorrupti) sedebitis & vos in solis iudicantium, condemnantes duodecim tribus Israel: quia vobis credentibus, illi credere noluerunt. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Locum iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator loquitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem a patre suo, & matrem a filia, & nurum a socru: & inimici hominis domestici eius. Qui ergo propter fidem Christi, & predicationem Evangelii, omnes affectus contempserint, atque divitias & seculi voluptates: isti centuplum accipient, & vitam aeternam possidebunt.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilare ergo, quia nescitis qua hora Do-

minus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Ex occasione hujus sententiae quidam introducunt mille annos post resurrectionem, dicentes: Tunc nobis centuplum omnium rerum quas dimisimus, & vitam aeternam esse reddendam: non intelligentes, quod, si in ceteris digna sit repositio, in uxuribus appareat turpiter: ut qui unam pro Domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet: quae comparatione & merito sui ita erunt, quasi si parvo numero centenarius numerus comparatur.

Te Deum laudamus. 13.

COMMUNE

Virginum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Haec est virgo sapiens, & una de numero prudentum.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: * Sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: * ex utero ante luciferum genuit te.

Juravit Dominus, & non penitebit eum: * Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confringit in die iree suae reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propiterea exaltabit caput.

Antiphona. Haec est virgo sapiens, & una de numero prudentum.

An-

Antiphona. Haec est virgo sapiens, quam Dominus vigilanter invenit.

Psalmus 132.

Laudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, & usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: * & super caelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in caelo & in terra?

Suscitans a terra inopem, * & de stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum letantem.

Antiphona. Haec est virgo sapiens, quam Dominus vigilanter invenit.

Antiphona. Haec est quae nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectioe animarum sanctarum.

Psalmus 121.

Letatus sum in his, quae dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem: * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus ejus, &

Propter fratres meos, & proximos meos, * loquar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, * quae sibi bona tibi.

Antiphona. Haec est quae nescivit

torum in delicto: habebit fructum in respectioe animarum sanctarum.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia.

Psalmus 126.

Nisi Dominus aedificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce haereditas Domini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagitta in manu potentis: * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia.

Añsa. Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

Psalmus 147.

Lauda Deum tuum Sion: * Quoniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrae: * velociter currit sermo terrae: * qui dat nivem sicut lanam: * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittit verbum suum, & liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, & fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias, & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: * & iudicia sua non manifestavit eis.

An-

Antiphona. Ista est speciosa inter filias Ierusalem.

Capitulum. 2. Cor. 10. d.

Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Jesu corona Virginum,
Quem Mater illa concipit,
Quæ sola Virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.

Qui pergis inter lilia,
Septus choræis Virginum,
Sponsus decorus gloriæ,
Sponsisque reddens præmia.

Quocumque tendis, virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursant,
Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur supplices,
Nostris ut addas sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloriæ,
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Y. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ.
R. Intendè, prospère procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in ætèrnum.

Oratio.

Deus qui inter cætera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beate **N.** Virginis & Martyris tue natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Alia Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata **N.** Virgo & Martyr impleret: que tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tue

professione virtutis. Per Dominum.

Pro Virgine non Martyre, Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris nos: ter: ut sicut de beata **N.** Virginis tue festivitate gaudemus, ita pia devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

Si fuerint plures, in utrisque **Vesperis ad Magnificat, & in Laudibus ad Benedictus, Antiph.** Prudentes virgines aptate vestras lampades: ecce sponsus venit, exite obviam ei. **Y.** Adducuntur Regi virgines post eam. **R.** Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctorum Virginum & Martyrum **N.** & **N.** palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentem obsequiis. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Virginum Dominum, * Venite, adoramus. **Psalm.** Venite. 1.

Hymnus.

Virginis Proles, Opifexque Matris,
Virgo quem gessit, peperitque Virgo:

Virginis partos cænim decora
Morte triumphos.

Hæc enim palmæ duplæ beatæ
Sorte, dum gessit fragilè domare
Corporis sexum, dômuit cruentum
Cæde tyrannum.

Undè nec mortem, nec amica mortis
Mille poenarum gênera expavescent,

Sanguine effuso mæruit serenum
Scandere cælum.

Hujus oratu Deus alme nobis
Dèbitas poenas scelerum remitte;
Ut tibi puro resonemus alnum
Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque Virtus,

Spi-

Spiritus semper, Deus unus omni

Tæmporis ævo. Amen.

Si Sancta fuerit Virgo tantum, & non Martyr, dicitur Hymnus ut sequitur.

Virginis Proles, Opifexque Matris,

Virgo quem gessit, peperitque Virgo,
Virginis festum cænimus beatæ,
Accipe votum.

Hujus oratu Deus alme nobis
Dèbitas poenas scelerum remitte;
Ut tibi puro resonemus alnum
Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque Virtus
Spiritus semper, Deus unus omni
Tæmporis ævo. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

O quam pulchra est casta generatio cum claritate?

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cælos.
Ex ore infantiæ & lactentiæ perfectisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam vidèbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minùs ab Angelis, gloriæ & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjectisti sub pedibus ejus, * oves & boves universas: insuper & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam

admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. O quam pulchra est casta generatio cum claritate!

Antiphona. Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

Psalmus 18.

Cæli enarrant gloriæ Dei, * & opera manuum ejus annuntiant firmamentum.

Dies diè eructat verbum, * & nox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquæte, neque sermones, * quorum non audiuntur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum, * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad currendam viam, * à summo cælo egressio ejus:
Et occurrit ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Domini immaculata, convertens animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Domini licidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: * judicium Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodiit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me: * & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor à delicto maximo.

Et

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjuvator meus, * & redemptor meus.

Antiphona: Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcica cantica dramatis.

Antiphona: Revértere, revértere, Sunamitis: revértere, revértere, ut intueamur te.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini porte æternales: * & introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex glorie?

Quis est iste rex glorie? * Dominus virtutum ipse est rex glorie.

Antiphona: Revértere, revértere, Sunamitis: revértere, revértere, ut intueamur te. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intende, prospere procede, & regna. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine.

V. Jube domne. **Benedictio.** Benedictioe perpétua.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j.

Cap. 7. c.

De virginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini scire esse. Alligatus es uxori? noli querere solutionem. Solutus es ab uxore? noli querere uxorem. Si autem acciperis uxorem, non peccasti. Et si nupsit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis pareo. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur præterit enim figura hujus mundi.

R. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti, * Et cum Angelis in paradysum introisti. **V.** Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupivit rex speciem tuam. Et cum Angelis.

Si non fuerit Martyr, dicitur sequens R. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: * Quia concupivit rex speciem tuam. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. Quia. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo

modo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier inupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Domini obsecrândi.

R. Diffusa est grátia in labiis tuis: * Propterea benedixit te Deus in æternum. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. Propterea benedixit. **Benedictio.** Spiritus sancti grátia.

Lectio iij.

Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, voluntatem autem habens suæ voluntatis, & hoc judicavit in corde suo, servare virginem suam, bene facit: Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quantum tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatorum autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: puta autem quod & ego Spiritum Dei habeam.

R. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ, * Intende, prospere procede, & regna. **V.** Diffusa est grátia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Intende. Glória Patri. Intende.

In secundo Nocturno, Antiphona. Spécie tuâ & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna.

Psalmus 41.

Ructavit cor meum verbum regi. bonum: * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ, * velociter scribens.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est grátia in labiis tuis: * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Spécie tuâ & pulchritudine tuâ * intende, prospere procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directiõnis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consorciis tuis.

Myrrha, & gutta, & cástia à vestimentis tuis, à dõmibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filii regum in honore tuo.

Assitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: * circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: * & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filie Tyri in munõribus * vultuum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filia regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducunt regi virgines post eam: * proxime ejus afferentur tibi.

Af-

eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde: * qui non accipit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Añsa. Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales.

Antiphona. Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste vocabitur domus Dei.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propiærea non timebimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonaverunt, & turbata sunt aque eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus manû dextera.

Conturbatae sunt gentes, & incli-

nata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * suscepitor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburent igni:

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * suscepitor noster Deus Jacob.

Antiphona. Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste vocabitur domus Dei.

Antiphona. Edificavit Moyses altare Domino Deo.

Psalmus 47.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, * latera Aquilonis civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: * convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: * Deus fundavit eam in æternum.

Suscipimus Deus misericordiam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filie Judæ, * propter judicia tua Domine.

Cir-

Circumdote Sion, & complectimini eam: * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: * & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Antiphona. Edificavit Moyses altare Domino Deo. **V.** Domum tuam Domine decet sanctitudo.

R. In longitudinem dierum. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine.

V. Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpetua.

De libro secundo Paralipomenon. **LECTIO j.**

Cum complisset Salomon fundens preces, ignis descendit de caelo, & devoravit holocausta & victimas: & majestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eò quòd impleset majestas Domini templum Domini. Sed & omnes filii Israël videbant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum; & corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide, adoraverunt & laudaverunt Dominum: Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram Domino. Mactavit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: & dedicavit domum Dei rex, & universus populus.

R. In dedicatione templi decantabit populus laudem: * Et in ore eorum dulcis resonabat sonus.

V. Fundata est domus Domini supra verticem montium, & venient ad eam omnes gentes. Et in ore.

Benedictio. Unigenitus Dei Filius.

LECTIO ij.

Sacerdotes autem stabant in officis suis: & Levitæ in organis

carminum Domini, quæ fecit David rex ad laudandum Dominum: Quoniam in æternum misericordia ejus: hymnos David canentes per manus suas: porrò sacerdotēs canebant tubis ante eos, cunctisque Israël stabat. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipēs pacificorum: quia altare aeternum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipēs. Pedit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israël cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath usque ad torrentem Ægypti. Fecitque die octavo collectam; eò quòd dedicasset altare septem diebus, & solemnitatem celebrasset diebus septem.

R. Fundata est domus Domini supra verticem montium, & exaltata est super omnes colles: * Et venient ad eam omnes gentes, & dicent, Glória tibi Domine. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Et venient.

Benedictio. Spiritus sancti gratia.

LECTIO iij.

Complevitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo, ut faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait: Audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii. Si clausero cælum, & pluvia non fluxerit, & mandavero & præcæpero locuste, ut devoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit poenitentiam a visis suis pessimis: & ego exaudiam de

Mmm 2

cc-

Afferte Dómino pátria gentium, afferte Dómino glóriam & honorum: * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tollite hóstias, & introite in atriá ejus: * adoráte Dóminum in atrió sancto ejus.

Commovéatur à facie ejus univér-sa terra: * dicite in Géntibus, quia Dóminus regnávít.

Enemim corréxit orbem terræ qui non commovébitur: * judicábit pópulos in aequitate.

Laténtur cæli, & exúltet terra, commovéatur mare, & plenitúdo ejus: * gaudébut campi, & ómnia que in eis sunt.

Tunc exultabunt ómnia ligna silvârum à facie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicare terram.

Judicábit orbem terræ in aequitate, * & pópulos in veritate sua.

Antiphona. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem: idéo diléxit me rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antiphona. Trahe me post te, in odorem currémus unguentórum tuórum: óleum effúsum nomen tuum.

Psalmus 95.

Dominus regnávít, exúltet terra: * laténtur insulae multae. Nubes, & caligo in circuíru ejus: * justitia, & judicium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circuítu inimicos ejus. Illuxérunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini: * à facie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justitiam ejus: * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adoránt sculptília: * & qui gloriántur in simulacris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audivit, & lætata est Sion. Et exultavérunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Dómine:

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltátes es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberávit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Laetámini justi in Dómino: * & confitémini memoríæ sanctificatiónis ejus.

Antiphona. Trahe me post te, in odorem currémus unguentórum tuórum: óleum effúsum nomen tuum.

Antiphona. Veni sponsa Christi, accípe coronam, quem tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Psalmus 97.

Cantáte Dómino canticum novum: * quia mirabilia fecit. Salvávit sibi dextera ejus: * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu Géntium revelávit justitiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ: * & veritátis suæ dómii Israël.

Vidérunt omnes témini terræ: * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: * cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cithara, in cithara, & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini: * moveátur mare, & plenitúdo ejus: orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flumina pláudent manu, simul mon-

tes exultábunt à conspéctu Dómini: * quóniam venit judicare terram.

Judicábit orbem terrárum in justitia, * & pópulos in aequitate.

Antiphona. Veni sponsa Christi, accípe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. **Ps.** Elégit eam Deus, & prælégit eam.

R. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **Ps.** Jube domne. **Benedictio.** Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 25.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabólam hanc: Simile erit regnum cælórum decem virginibus: quæ accipientes lámpades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregórii Papæ.

Homilia 12. in Evangelia.

Sepè vos, fratres charissimi, admóneo prava ópera fugere, mundi hujus inquinamenta devítare: sed hodiérna sancti Evangélii lectiõe compellor dicere, ut & bona quæ ágitis, cum magna cautéla teneatis: ne per hoc quod à vobis rectum géritur, favor aut grátia humana requirátur: ne appetitus laudis subrépat, & quod foris osténditur, intús à mercéde vacuétur. Ecce enim Redemptóris voce decem virginés, & omnes dicuntur virginés, & tamen intra beatitúdinis januam non omnes sunt receptæ: quia earum quædam, dum de virginítate sua glóriam foris expetunt, in vasis suis óleum habére noluerunt.

R. Hæc est virgo sapiens, quam Dóminus vigilántem invénit, quæ acceptis lámpadibus sumpsit secum óleum: **Et** veniente Domino, introvit cum eo ad nuptias. **Ps.** Média nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et.

Part. Hyemalis.

Benedictio. Cujus. **vel** Quarum festum cólimus.

Lectio vijij.

Sed priús queréndum nobis est, quid sit regnum cælórum, aut cur decem virginibus comparétur, quæ etiám virginés prudentés & factuæ dicántur. Dum enim cælórum regnum constat, quia reproborum nullus ingréditur, etiám fatuus virginibus cur simile esse perhibétur? Sed sciéndum nobis est, quòd sæpè in sacro eloquio regnum cælórum præsentis témporis Ecclesia dicitur. De quo állo in loco Dóminus dicit: Mittet Filius hóminis Angelos suos, & colligent de regno ejus ómnia scándala. Neque enim in illo regno beatitúdinis, in quo pax summa est, inveniri scándala poterunt, quæ colligántur.

R. Média nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **Ps.** Prudentés virginés aptæ vestras lámpades. Ecce. Glória Patri. Ecce. **Benedict.** Ad societátem.

Lectio ix.

In quinque autem corpóris sensibus unusquisque subsicit. Geminátus autem quináris denarium pèrficit. Et quia ex utròque suo fidélium multitúdo colligitur, sancta Ecclesia decem virginibus similis esse denuntiárit. In qua quia mali cum bonis, & réprobi cum clétis admixti sunt, recté similis virginibus prudentibus & fatuis esse perhibetur. Sunt namque plerique continétes, qui ab appetitu se exterióri custódiunt, & spe ad interióra rapiuntur, carnem mácerant, & toto desidério ad supérnam pátriam anhélant, ætérna præmia expetunt, pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirum glóriam suam non in ore hóminum ponunt, sed intra conscientiam contégnunt. Et sunt plerique, qui corpus per abstinentiam

affligunt, sed de ipsa sua abstinētia humanos favores expetunt.
Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDĒS,

& per Horas, Antiphona.

Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudētum. *Psalmis.* Dōminus regnāvit, cum reliquis. 14. *Añā.* Hæc est virgo sapiens, quam Dōminus vigilāntem invenit. *Añā.* Hæc est quæ nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectiōne animarum sanctarum.

Añā. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia. *Añā.* Ista est petiōsa inter filias Jerusalem.

Capitulum.

2. Cor. 10. d

Fratres, Qui gloriatur, in Dōmino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Jesu, corōna Virginum,
Quem mater illa concipit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilia,
Septus chorē virginum,
Sponsus decōrus glōria,
Sponsisque reddens præmia.
Quocumque tendis, Virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur supplices,
Nostris ut addas sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Virtus, honor, laus, glōria,
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In seculorum secula. Amen.

V. Diffusa est grātia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in ætēnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Simile est regnum cœlorum homini negotiatori querenti bonas marga-

ritas: inventā unā pretiōsa, dedit omnia sua, & comparavit eam.

Oratio.

Deus, qui inter cætera potētiæ tuæ miracula etiā in sexu fragili victoriā martyrii contulisti, concede propitius; ut qui beate N. Virginis & Martyris tuæ natalitia cōlimus, per ejus ad te exēpla gradiamur. Per Dōminum.

Alia Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Dōmine, beata N. Virgo & Martyr impleret: quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professionē virtutis. Per Dōminum.

Pro Virgine non Martyre.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutāris noster: ut sicut de beate N. Virginis tuæ festivitātē gaudemus, ita piæ devotiōnis erudiāmur affectu. Per Dōminum nostrum.

Si fuerint plures, ad Benedictus dicitur Añā. Prudentes virgines aptate vestras lāmpades: ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Adducētur Regi virgines post eam.
R. Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dōmine Deus noster, Sanctarum Virginum & Martyrum N. & N. palmas incessabili devotiōne venerari: ut quas dignā mente non possumus celebrāre, humilibus saltem frequentem obséquium. Per Dōminum nostrum Jesum Christum.

Ad Tertiam, Antiphona. Hæc est virgo sapiens. **Capitulum.** Fratres, Qui gloriatur, ut supra.
R. Et pulchritudine tuā. **V.** Intēnde, prospere procedē, & regna. Et pulchritudine. Glōria Patri. **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo.
R. Deus in medio ejus, non commovēbitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Hæc est quæ nescivit.

Capitulum.

2. Cor. 11.

Mulor enim vos Dei emulatiōne. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

R. breve. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in medio ejus, non commovēbitur. Deus vultu. Glōria Patri. Adjuvabit. **V.** Elēgit eam Deus, & præelēgit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Ista est speciōsa.

Capitulum.

Eccl. 51. b

Domine Deus meus, exaltasti super terram habitatiōnem meam, & pro morte deficiēte deprecata sum. Invoceavi Dōminum Patrem Dōmini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiōnis meæ, & in tempore superbōrum sine adjutorio. **R.** breve. Elēgit eam Deus, & præelēgit eam. Elēgit eam. **V.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelēgit. Glōria Patri. Elēgit eam. **V.** Diffusa est grātia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætēnum.

Si fuerit Virgo, & non Martyr, dicitur sequens

Capitulum.

Sap. 4.

O quam pulchra est casta generatiō cum claritate! immortalis est enim memoriā illius: quoniam apud Deum nota est, & apud homines.

R. breve. Elēgit, ut supra.

Ad Vesperas, Antiphona, Psalmi, Capitulum & Hymnus, ut in primis Vesperis. lxxxiv.

V. Diffusa est grātia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in ætēnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Veni sponsa Christi, accipe corō-

nam, quam tibi Dōminus præparavit in ætēnum.

Alia Lectiōes pro Virginibus.

Pro Virgine & Martyre, ac pro Martyre tantum, Lectiōes primi Nocturni legantur etiam ut infra.

De libro Ecclesiastici.

Lectio 1.

Cap. 51.

Confitebor tibi Dōmine rex, & collaudabo te Deum Salvatōrem meum. Confitebor nōmini tuo: quoniam adjutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à liqueo lingua iniqua, & à labiis operantiū mendaciū, & in conspectu astantiū factus es mihi adjutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nōmini tui à rugientibus, præparasti ad escam, de manibus querentiū animam meam, & de portis tribulatiōnis quæ circumdederunt me: à pressura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum astuata: de altitudine ventris inferi, & à lingua conquinata, & à verbo mendaciū, à rege iniquo, & à lingua iniusta. **R.** Veni sponsa Christi, accipe corōnam, quam tibi Dōminus præparavit in ætēnum: pro cujus amore sanguinem tuum fudisti, Et cum Angelis in paradisum introisti. **V.** Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concepisti rex speciēm tuam. Et cum Angelis.

Lectio 11.

Laudabit usque ad mortem anima mea Dōminum, & vita meæ appropinquans erat in inferno deorsum. Circumderunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Respicens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memorata sum misericordiæ tuæ Dōmine, & operatiōnis tuæ, quæ à sæculo sunt: quoniam eruis sustinētes te Dōmine, & liberabas eos de manibus gentium. **R.**